

Неділя Семидесятидення

пор. Пс. 17, 5–7.2–3

Інтроїт (спів на вхід)

CIRCUMDEDÉRUNT me gémitus mortis, dolóres inférni circumdedérunt me: et in tribulatióne mea invocávi Dóminum, et exaudivit de templo sancto suo vocem meam. **Пс.** Dílígam te, Dómine, fortitúdo mea: Dóminus firmaméntum meum, et refúgium meum, et liberátor meus. **Glória.** Circumdedérunt.

Gloria не співається до Великого Четверга, крім як на свята.

Колекта

PRECES pópuli tui, quásumus, Dómine, cleménter exáudi: ut, qui iuste pro peccátis nostris affligimur, pro tui nóminis glória misericórditer liberémur. Per Dominum nostrum Iesum Christum, Filium tuum: qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia saecula saeculorum.

1 Кор. 9, 24 – 10, 5

Читання

FRATRES: Nescítis, quod ii, qui in stádio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit bravíum? Sic cúrrite, ut comprehendátis. Omnis autem, qui in agóne conténdit, ab ómnibus se ábstinet: et illi quidem, ut corruptibilem corónam accípiant; nos autem incorrúptam. Ego ígitur sic curro, non quasi in incértum: sic pugno, non quasi áërem vérberans: sed castígo corpus meum, et in servitútem rédigo: ne forte, cum áliis prædicáverim, ipse réprobus effíciar. Nolo enim vos ignoráre, fratres, quóniam patres nostri omnes sub nube fuérunt, et omnes mare transiérunt, et omnes in Móyse baptizáti sunt in nube et in mari: et omnes eándem escam spirítalem manducáverunt, et omnes eúndem potum spirítalem bibérunt bibébant autem de spirítali, consequénte eos, petra: petra autem erat Christus: sed non in plúribus eórum beneplácitum est Deo.

пор. Пс. 9, 10–11.19–20

Градуал

ADIUTOR in opportunitátibus, in tribulatióne: sperent in te, qui novérunt te: quóniam non derelínquis quæréntes te, Dómine. **✠** Quóniam non in finem oblivío erit páuperis: patiéntia páuperum non peribit

Охопили мене болісті смертні, болісті аду оточили мене. І в скруті мойй призвав я Господа, і почув Він із храму святого Свого голос мій*. **Пс.** Возлюблю Тебе, Господи, кріпосте моя, Господь – твердиня моя, і прибіжище моє, і визволитель мій. **Слава...** Охопили...

Просимо Тебе, Господи, милостиво вислухай прохання люду Твого, щоб ми, які переживаємо справедливі покарання за наші гріхи, були милосердно визволені заради слави Імені Твого.

Через Господа нашого Ісуса Христа, Сина Твого, Котрий з Тобою живе і царює в єдності Святого Духа, Бог, на віки вічні.

Брати: Хіба не знаєте, що ті, які біжать на змаганнях, вони всі біжать, але нагороду одержує один? Тож біжіть, щоб і ви її здобули! Кожний, хто змагається, стримується від усього. Вони, – щоб одержати тлінний вінець, ми, – щоб нетлінний. Тому я не біжу в непевності та веду кулачний бій не так, аби тільки бити повітря. Але я виснажливо вправляюся і приборкую своє тіло, щоби, проповідуючи іншим, самому не виявитися недостойним. Не хочу, брати, щоб ви не знали, що всі наші батьки були під хмарою, і всі перейшли через море; всі христились в Мойсея – у хмарі та в морі; всі їли ту саму духовну їжу; всі пили той самий духовний напій, бо пили з духовної скелі, що йшла слідом за ними, скелею ж був Христос. Але не багатьох їх були уподобав Бог.

Помічник у свій час, у скорботах, – і хай уповають на Тебе ті, що знають Тебе, бо не залишив єси тих, що шукають Тебе, Господи. **✠** Бо не до краю забутий буде бідний, терпеливість убогих не згине довіку. Востань,

in ætérnum: exsúrge, Dómine, non præváleat
homo. Господи, хай не владарює чоловік.

До Пасхи Alleluia не співається. В неділі та свята замість неї співається тракт.
пор. Пс. 129, 1-4

Дe profúndis clamávi ad te, Dómine:
Dómine, exáudi vocem meam. *✠* Fiant
aures tuæ intendéntes in oratióne servi tui. *✠*
Si iniquitátes observáveris, Dómine: Dómine,
quis sustinébit? *✠* Quia apud te propitiátio est,
et propter legem tuam sustínui te, Dómine.

Мт. 20, 1-16

Іn illo témpore: Dixit Iesus discípulis
suis parábolam hanc: Simile est regnum
coelórum hómini patrifamílias, qui éxiit primo
mane condúcere operários in víneam suam.
Conventióne autem facta cum operáriis ex
denário diúrno, misit eos in víneam suam. Et
egréssus circa horam tértiam, vidit álios stantes
in foro otiósos, et dixit illis: Ite et vos in víneam
meam, et quod iustum fúerit, dabo vobis.
Illi autem abiérunt. Iterum autem éxiit circa
sextam et nonam horam: et fecit similiter. Circa
undécimam vero éxiit, et invénit álios stantes,
et dicit illis: Quid hic státis tota die otiósi?
Dicunt ei: Quia nemo nos condúxit. Dicit illis:
Ite et vos in víneam meam. Cum sero autem
factum esset, dicit dóminus víneæ procuratóri
suo: Voca operários, et redde illis mercédem,
incipiens a novíssimis usque ad primos.
Cum veníssent ergo qui circa undécimam
horam vénerant, accepérunt singulos denários.
Venientes autem et primi, arbitrátí sunt, quod
plus essent acceptúri: accepérunt autem et ipsi
singulos denários. Et accipientes murmurábant
advérsus patremfamílias, dicéntes: Hi novíssimi
una hora fecérunt et pares illos nobis fecísti,
qui portávimus pondus diéi et æstus. At ille
respóndens uni eórum, dixit: Amíce, non facio
tibi iniúriam: nonne ex denário convenísti
mecum? Tolle quod tuum est, et vade: volo
autem et huic novíssimo dare sicut et tibi. Aut
non licet mihi, quod volo, fácere? an óculus
tuus nequam est, quia ego bonus sum? Sic
erunt novíssimi primi, et primi novíssimi. Multi
enim sunt vocátí, pauci vero elécti.

Тракт

Із глибини візвав я до Тебе, Господи; Гос-
поди, почуй голос мій, *✠* хай будуть вуха
Твої уважні до голосу моління слуги Твого. *✠*
Якщо беззаконня назиратимеш, Господи, Гос-
поди, хто встоїться? *✠* Бо в Тебе – помилюван-
ня, і задля закону Твого дожидав я Тебе, Гос-
поди.

Євангеліє

Того часу Ісус розповів своїм учням таку
притчу: “Царство Небесне подібне до
чоловіка-господаря, який рано-вранці вий-
шов найняти робітників у свій виноградник.
Домовившись із робітниками по динарію
денно, послав їх у свій виноградник. А ко-
ли вийшов, близько третьої години *[прибл.
9:00]* побачив інших, що бездільно стояли на
ринку. Він же їм сказав: Ідіть і ви в мій ви-
ноградник, що буде по справедливості, дам
вам. І ті пішли. Коли ж знову вийшов, близь-
ко шостої *[опівдні]* та дев’ятої *[прибл. 15:00]*
години, зробив так само. Близько одинадця-
тої *[прибл. 17:00]* вийшовши, стрів інших,
що стояли, і сказав їм: Чого тут увесь день
бездільно стоїте? Кажуть йому: Бо ніхто не
найняв нас. Сказав їм: Ідіть і ви в виноград-
ник. Коли ж настав вечір *[прибл. 18:00]*, влас-
ник виноградника наказав своєму управите-
леві: Поклич-но робітників та роздай їм за-
плату, почавши від останніх аж до перших.
Ті, що прийшли близько одинадцятої годи-
ни, взяли по динарію. Коли приступили пер-
ші, думали, що більше дістануть. І вони взяли
по динарію. А взявши, стали ремствувати на
господаря, кажучи: Оті останні одну годину
попрацювали, а ти зрівняв їх з нами, що зно-
сили тягар і спекоту днини. Той, відповідаю-
чи одному з них, сказав: Друже, не кривджу
тебе; чи не за динарія погодився зо мною? Бе-
ри своє та йди! Хочу бо й цьому останньому
дати, що й тобі. Хіба не дозволено мені роби-
ти зо своїм, що захочу? Чи око ж твоє лука-
ве з того, що я добрий?! Так-то останні будуть
перші, а перші – останні!”

Пс. 91, 2

Оферторій (спів на принесення дарів)

BONUM est confitēri Dómino, et psállere
nómini tuo, Altíssime.

Благо є ісповідувати Господа, і співати Імені
Твоєму, Всевишній*.

Секрета (молитва над дарами)

(Читається тихо, після Orate fratres)

MUNÉRIBUS nostris, quæsumus, Dómine,
precibúsque suscēptis: et coeléstibus
nos munda mystériis, et cleménter exáudi. Per
Dominum.

Просимо Тебе Господи, прийнявши наші
дари й прохання, очисти нас небесни-
ми Тайнами та милостиво вислухай. Через
Господа...

Префация Трійці

Пс. 30, 17–18

Спів на Причастя

ILLÚMINA fáciem tuam super servum tuum, et
salvum me fac in tua misericórdia: Dómine,
non confúndar, quóniam invocávi te.

Яви світло лица Твого на раба Твого, спа-
си мене у милості Твоїй. Господи, хай не
посоромлюся, що я призвав Тебе.

Молитва після Причастя

FIDÉLES tui, Deus, per tua dona firméntur:
ut eadem et percipiéndo requírant, et
quæréndo sine fine percípiant. Per Dominum.

Вірні Твої, Боже, нехай будуть укріплені
Твоїми дарами, щоб приймаючи, знову
бажали їх, та бажаючи, без кінця приймали їх.
Через Господа...